

sabbato de beata virgine Maria, exceptis diebus natali Domini, pasce, pentecostes, et sollempnitatibus beate Marie virginis, omnium sanctorum, omnium apostolorum necnon quatuor doctorum beatorum Gregorii, Augustini, Ambrosii et Jeronimi, beati Laurentii, beati Kanuti regis et martiris, prouiso quod in qualibet missa collecte pro archiepiscopo, rege et regina et pro pace nobisque de medio sublato pro anima nostra et pro defunctis in perpetuum habeantur, summis sollempnitatibus exceptis; sacerdos vero ad idem altare deputatus honeste chorum ingrediatur in summis sollempnitatibus totius anni, superpellicium habens, sed missam in summo altari vel alibi racione altaris nostri dicere nullatenus sit astrictus, qui sacerdos ad dictum altare vnum scolarem, qui ibidem ministrat, tenere debeat, cui scolari de annuis fructibus et prouentibus eidem altari appositis duas marchas argenti det et soluat annuatim, si autem predictus sacerdos chorum in summis sollempnitatibus totius anni frequentare contempserit aut in altari proprio celebrare vel predicte curie fructus sicut premissum est ordinare omiserit vel neglexerit, supplicamus et committimus venerabili archiepiscopo successori nostro, qui pro tempore fuerit, vt ipsum corrigat et castiget et, si incorrigibilis fuerit, ammoueat ab altari, sibi alium sacerdotem idoneum preficiendo, qui in dicto altari seruiat vt prefertur. Ceterum archiepiscopo Lundensi nostro successori, qui pro tempore fuerit specialiter committimus et ipsius super hoc consciëntiam oneramus vt de dicto altari nostro et curia, sibi per nos vt premititur applicata, ita ordinet et disponat prout coram omnipotenti Deo in die districti examinis reddere voluerit racionem. In cuius facti euidenciam firmiorem presentes nostras sigillo nostro ex certa sciencia, vna cum sigillis venerabilis capituli nostri Lundensis necnon honorabilium viro- rum dominorum Folquini Degneri prepositi, Johannis Jacobi decani, Johannis Pauli archidiaconi, Johannis Falster cantoris, Jacobi Petri, officialis nostri Lundensis, et Petri Dwe, canonicorum ecclesie, fecimus raborari. Datum Lundis, anno Domini mcd quinto, ipso die beati Andree apostoli gloriosi.

673.

1405 d. 17 Dec.

Lund.

Magnus Baat, fogde i Lund, m. fl. intygar att Lucia Öndersdotter, enka efter Nicolaus Petri Vinter, sålt en gård i s. Clemens socken vid Lund till borgaren i Lund Cristiern Petersson.

Registr. Eccl. Lundens. perg. pag. 141.

Omnibus presens scriptum cernentibus Magnus Baad, aduocatus Lundensis, Michael Ingemari dictus Diægn, aduocatus in quarta parte ciuitatis ex parte domini archiepiscopi Lundensis, Johannes Hennikini, Jonas Andersson, proconsules, Olauus Borre, Johannes Pethersson et Paulus Torstænsson, consules et ciues Lundenses, salutem in Domino sempiternam. Notum facimus vniuersis presentibus et futuris quod sub anno Domini mcdquinto, quinta feria ante diem beati Thome apostoli, constituta personaliter in placito nostro ciuili Lundensi Lucia Öndersdather, relicta Nicolai Petri dicti Vinter, dudum cuius Lundensis, discreto viro Cristiarno Petri, conciui nostro et genero suo, presencium ostensori, quandam curiam in parrochia beati Clementis, apud nos sitam, in qua Henricus Hermensson monetarius

dudum habitavit, quam quidem curiam dictus Nicolaus Vinter, maritus eiusdem Lucie, a quodam Daud, dudum villano in Hælsinborgh, herede cuiusdam Michaelis Petri, quondam proconsulis [in] Hælsinburgh, justo empcionis titulo legaliter acquisiuit prout in apertis literis et super hoc confectis plenius continetur, cum omnibus et singulis prefate curie adiacenciis, videlicet fundo, pomerio, domibus ceterisque proprietatibus et spaciis vniuersis, nullis penitus exceptis, et cum omni jure suo nobis presentibus et aliis pluribus fidedignis scotauit, alienauit et in manus libere et legaliter assignauit, jure perpetuo possidendam, recognoscens se plenum et sufficiens precium a dicto Cristerno Petri pro memorata curia integre subleuasse, ita quod reddidit se contentam, vnde obligauit se et heredes suos ad apropiandum libera[n]dum, et disbrigandum eidem Cristierno et suis heredibus curiam antedictam cum suis adiacenciis vt premittitur vniuersis ab impeticionibus et allocucionibus quoruncumque presencium et inposterum futurorum; insuper promisit predicta Lucia in bona fide sua quod si alie antique littere, super dicta curia date, inuente fuerint inposterum, exceptis literis apertis dicto Cristerno in dicto placito ciuili publice resignatis, nullius sint efficacie vel valoris. Quod coram omnibus, quorum interest vel interfuerit, prout vidimus et audiuimus tenore presencium publice protestamur. In cuius protestacionis et rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno, die et loco supradictis.

674.

1405 d. 21 Dec.

Riddaren Heyne Snakenborg qvitterar de penningar riddaren Abraham Brodersson betalt honom å Erik Thuressons och dennes hustru Elin vägnar.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Allæ mæn thettæ breff se ella hore helsa iak Heyna Snakenborgh riddere ær, kerlika medh Gud, widerkennis jak openbarlika medh thetta nerueranda mith opna breff, hawa op borith aff welborin mæn herra Abram Brodherson ridare ær i sæxtij mark paniga oc i wærdh, hwlka sæxtij mark jak Heyna haffde lænth Erik Twræsson oc hans hustru Ælinæ, giuer iak oc lather løos oc aldelis orsaka for:da Erik oc hans hustru Ælinæ oc thera aruingha fore mik oc mina aruingha oc fore alla mans a talan fore the for:do paninga; thil hwars breff forwaringh oc stadugheth hauer jak mith insiggle her fore hænth oc bidher jak skalikæ manna insiggle thil wannisbyrdh, som ær herra Abiorn i Blixberg, prest oc prowast, oc Jowan Towasson i Andristorp. Datum anno Domini m^ocd quinto, in die beati apostoli Thome.

På frånsidan: Quitabref, som her Heyna Snagenborgh gaf her Abram vpa lx mark, som her Heyna hafde lænt Eric Thurisson oc hans hustru Ælinæ.

Sigillen saknas.